



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Historia S. Benigni Presbyteri Martyris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

DE S. BENIGNO PRESBYT. ET MARTYRE.  
HISTORIA S. BENIGNI PRESBYTERI ET  
MARTYRIS, EX QVODAM SANE ANTIQVO MS. CO-  
dice, per F. Laurentium Surium, mutata noui bil, vbi expedire vi sum est,  
stylo descripta. Consentunt vetus et iusta Martyrologia,  
nisi quod a Terentio Comite eum omnia  
pertulisse aiunt.

ODEM tempore \* Aurelius Imperator ad castrum, <sup>t. Nouebrit.</sup>  
quod Diuionem vocant, aduenit, ut videret muros no- <sup>Codex ha-</sup>  
uos, quos illic construxerant. Cumque fuisse ingressus, <sup>bet, \* Aure-</sup>  
ait: Benè muros hos constructos video. Aedificare nunc <sup>lianus, sed</sup>  
tempulum Ioui, Mercurio & Saturno, nec patiamini vl- <sup>mendosè, ut</sup>  
lum, qui se Christianæ legis affirmat, in locis istis residere, <sup>facile in ta-</sup>  
nè eorum vana religione populus noster evertatur. Au- <sup>libus acci-</sup>  
diens hæc Terentius Comes loci illius, ait: An Christiana- <sup>din.</sup>  
nus quispiam hic sit, in uictissime Imperator, nos non no-  
uimus. Vidi autem quandam hominem peregrinum ca- <sup>Ecce anti-</sup>  
pitu rōso, cuius habitus differt ab habitu nostro, vitaque <sup>quitatem sa-</sup>  
eius nostra dissimilis est, deorumque cæmonias refutat: populum nostrum abluit <sup>era vñctio-</sup>  
aqua, & balsamo linit: signa multa in populo facit, nouum Deum patriæ nostræ an- <sup>nis in bapti-</sup>  
nunciat, & post mortem aliena vitam illi Deo creditibus promittit. His auditis, Au- <sup>fmo.</sup>  
relius, Quantum audio, inquit, hic, quem dicas, Christianus est. Inquirite eum, & alli- <sup>Ecce quām</sup>  
gatun in conspectum meum perducite. Si enim hunc dimiserimus, magnum malum <sup>olim triam</sup>  
regioni nostra accedit, & deorum nostrorum despicio existet. Non enim placet <sup>ethnici no-</sup>  
dīs nostris ista conuersatio, nec miscetur lex Christianorum legibus deorum noſtro- <sup>ueriū, Cru-</sup>  
rum: sed vbi dīs nostris ostēsum fuerit signum illius Crucifixi, illic tabescunt & fre- <sup>cis figura</sup>  
munt dentibus, nec signum illud intueri sustinet. <sup>formidare</sup>  
His ab Aurelio dictis, Terentius Comes inquiri iussit sanctum Benignum: eum- <sup>dæmones.</sup>  
que repertum in villa, cui nomen est \* Spaniaco, vbi verbum Dei gentilibus prædi-  
cabit, vinctum ac casum in conspectu Aurelii exhiberi præcepit. Eo viso, Aurelius <sup>Locus ob-</sup>  
ait: Crucicola, si quidem Christianæ legis te profiteris esse doctorem, me persecuto- <sup>featus &</sup>  
rem habebis. Quod si ad interrogaciones meas non lacinoſo sermone, nec verbo- <sup>mendosus,</sup>  
rum argumentis, sed antiquæ legis & sacrificiis deorum offerre nolueris, diuersis te <sup>Iohann.1.</sup>  
ponens interimi iubebō, & non eripiet te de manibus meis Christi tui auxilium. San- <sup>Matth.10.</sup>  
ctus Benignus respondit: Sacratissima vox Christi est, vbi ait: Nolite timere eos, <sup>S. Benignus</sup>  
qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Aurelius ait: Ex qua re- <sup>contemnit</sup>  
gione es, & quod est tibi nomen? Sanctus Benignus respondit: Ab Oriente veni- <sup>tyrani pro-</sup>  
mus ego & fratres mei, quos tu iam occidisti, à sancto Polycarpo missi, vt verbum <sup>missa.</sup>  
Dei & nome Christi incorruptum gentilibus prædicemus: vt lux, quæ illuminat <sup>Iohan.1.</sup>  
omnem hominem, id est, Christus de cælo missus, omnibus innotescat. Aurelius <sup>Ipse est,</sup>  
ait: Si sermonibus meis obtemperaueris, magnum te sacerdotem deorum <sup>ne</sup>orum  
constiuam, & muneratum ex erario publico, primum te in meo palatio esse iubebō. <sup>con-</sup>  
Sanctus Benignus respondit: Aurum & argentum tuum tecum confliter in perdi- <sup>tyrani pro-</sup>  
tionem, luce rapax: primatum aut sacerdotium à te promissum non accipio, quia <sup>missa.</sup>  
interitus aeternus est, & damnatio plenissima. Me vero non abduces à Christo, cui <sup>Ipse est,</sup>  
ego seruo, qui est verbum patris, & vita, & lux inenarrabilis, margarita splendens: <sup>Ipse est,</sup>  
qui est à patre missus cælitus, creditibus annunciat: qui in se creditibus vitam <sup>Ipse est,</sup>  
tribuit aeternam. Ipse est, qui venturus est iudicare viuos & mortuos: tuamque dete- <sup>Ipse est,</sup>  
get insaniam, qua in Christi seruos debacharis, & tum, velis nolis, eum, quem negas,  
esse scies Deum tuum & omnium gentium.

Hec ut auditur Aurelius, neruis durissimis eum cædi præcepit, dicens: Nisi hodie <sup>Cæditur</sup>  
sacrificauerit, diuersis eum poenis afflige. Cumque Terentio Comiti traditus fu- <sup>neruis.</sup>  
set, ad trochleas extensus est, & cum cæderetur, ait: Gratias tibi ago, Domine Iesu  
Christe, quod propter nomen tuum hæc pati merui. Praesta Rex gloriae, vt sustineam  
omnem poenam, quam iniquissimus Cæsar me pati vult. Cum ergo casus esset, &  
carceri mancipatus, Angelus eum confortans adeo pristinæ reddidit sanitati, ac si  
prorsus nihil laesus fuisset. Altera die Aurelius suis eum iussit conspectibus præ-  
sentari,

sentari, & ait: Benigne sacrificas dijs, an non? Sanctus Benignus respondit: Non sacrifico. Agno se miser, quod dij tui nihil sunt: qui signum authoris nostri Iesu Christi si viderint, statim tabescunt. sunt enim idola surda & muta: neque vident, neque audiunt, neque ambulant, neque gressus habent. similes autem illis siant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Tibi vero quomodo subuenient, qui sibi subuenire non possunt? Tunc iratus Cæsar, ad fanum eum quoddam adduci præcepit, & inuitocarnes immolatias in os ingeri, persuasum habet, si eas carnes comedet, deinceps eum talia minime locuturum, sed deos illum suo seruio adhibituros. Cum autem id fieret, ille signo crucis contra illas carnes edito, cordeque sursum suspenso, & oculis in celum sublati: Domine Iesu Christe, ait, mandi inflaurator, destrutor dæmonum, lux æterna, adspice in hac hora, ut confundantur omnes, qui adorant sculpitiâ, & gloriuntur in simulacris suis, & sciant, quia tu es Deus æternus. Cum haec dixisset, & Crucis exprefiser signum, mox idola omnia lignea & lapidea, & vase, in quibus sacrificia offerebantur, instar sumi euauerunt. Tum vero sanctus Benignus gaudio magno affectus, ait: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quod me sacrificijs mutis contaminari non sis. ad Aurelium autem dixit: Agnosce miser, quod redacte sint effigies deorum tuorum, ut ad signum salutis euauerint. Cognosce infelix creatorem cœli & terræ. Aurelius ait: Et tu cognosce Benigne, ut dij nostri tuam cupiant facere voluntatem. Si tu illis velis præbere aspersum, magnum te apud nos videbis. Sanctus Benignus respondit: Stultum habes cor, nec oculis vides, quanta sit virtus Christi, quæ deos tuos sic comminuit. Iam dixi tibi, diabole, auctor criminum, me non seruire dijs tuis, nec dæmonum simulacula adorare.

Psalms. &  
135.  
 Truditur in  
Cæcerem.  
Vide dira  
supplicia.  
 His verbis commotus iniquissimus Imperator, in carcерem eum includi præcepit, & grande faxum idemque perforatum adduci, atque illi pedes eius plumbo liquefacto inseri, & in digitos manuum eius calentes subulas in longum defigi, atque per sex dies nullum ei nec cibum nec potum præberi: porro etiam includi cum eo duodecim canes saeuissimos, fame & siti affectos, ut ab illis discerperetur: carcерem quoque custodiari a milibus. Itaque subulas acutissimas in manus eius infixarunt, & in lapide plumbo liquefacto, vel remisso pedes eius incluserunt, canesque ferociissimos cum illo in carcere incluserunt. Cum autem ad carcерem diceretur, ait: Audite me Comites & tribuni: credite in Iesum Christum redemptorem nostrum, quia ipse spes & salus est in se creditum, ut debeat peccata vestra. Ipse est lux mundi huius, cuius odore mortui reuiuiscent, cuius tactu confortantur infirmi, cuius gloria implet cœlos, misericordia replet terram. Ingressus vero in carcерem, per sex dies illic mansit, orationi vacans: Angeloque cum conseruante, canes manufacti sunt, ita ut nec pilum capitii eius, nec fimbriam vestimentum attingerent. Idemque Angelus Domini alimentum, id est, panem cœlestem præbuit, & discutens subulas de manibus, & plumbum a pedibus eius, Accipe, inquit, Christo dilectissime. Ille vero accipiens panem, gratias egit, & manducauit. Sexto die Aurelius ait ad suos: Aperite carcерem, & videte num sit a canibus dilaceratus, nec ne. Aperta itaque custodia, inuenerunt eum ita illasum, & tam integrum, ut ne vna quidem plaga in eius corpore appareret. Quod cum Aurelio renunciasset, ille ait: Vesta ferreo collum eius in ipso carcere conturdate, & lancea militis vitam ei crudeliter extorqueat, ne vel nobis, vel dijs nostris perget irrogare iniuriam. Id cum factum esset, columba niuea ex carcere à Christianis euolare visa est usque ad nubes, satis indicans, preciosam martyris animam ad cœlos proficiendi. Tanta autem suavitatis odor, & orum compleuit nares, ut in Paradiſo sibi versari viderentur. Postquam autem Aurelius inde recessit, Leonilla beatissima maria trona nutu Dei eò veniens, sanctum corpus aromatibus condiuit, & non longe ab ipso carcere condidit in sepulcro: ubi multis se virtutibus & miraculis manifeste declarauit. Acta sunt hæc circa sanctum Dei Benignum presbyterum Calendis Nouembbris, regnante Domino nostro Iesu Christo: Cui est honor & gloria in secula seculorum,  
 Amen.

Angelus cu  
tetur, & ci  
bum ei pra  
ber.  
Migrat ad  
Dominum.  
Miracula  
ad sepulcrū  
eius.  
 gè ab ipso carcere condidit in sepulcro: ubi multis se virtutibus & miraculis manifeste declarauit. Acta sunt hæc circa sanctum Dei Benignum presbyterum Calendis Nouembbris, regnante Domino nostro Iesu Christo: Cui est honor & gloria in secula seculorum,  
 Amen.

DE